



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 43. Cæsaris profectio in Hispaniam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

gango Hallero, quem a secretis habuit, Sæcul. XVI.
A.C. 1555.
tradebat, eisque negotium dabat, ut tanquam Cæsarei Oratores hoc diploma in proximis Imperii comitiis exhiberent, & Principibus Electoribus proponerent, illudque unacum scepro, corona, aliisque Cæsareæ dignitatis insignibus Ferdinando Romanorum Regi traderent.

§. XLIII.

Cæsaris profectio in Hispaniam.

Hi Legati demandatum sibi negotium non nisi biennio post exequabantur, nec certa hujus cunctationis causa in comperto habetur; forte tamen conjicere licet, id propterea factum, quod Carolo V. e Belgio solvente, atque induciis inter Franciæ Regem, & Philippum rescissis quibus de futuro belli successu suspensus hæreret, vel forte interea tribus S. R. I. Electoribus vita functis, totidemque aliis succedentibus comitia celebrare haud consultum fuisset creditum. Ut ut res se habuerit, id omnino extra dubii aleam positum est, quod Friderico Electori Palatino paulo ante e vivis erepto subrogatus fuerit Otho Henricus, qui Augustissimæ Domui Austriacæ parum favebat. Pariter mortuo Joanne Trevirensi Archiepiscopo, qui ex Hembergenium Comitum familia erat

*Thuan. l. 37.
Strada. l. 1.
Scard. oper.
hist. tom. 2.
p. 1895.*

Sæcul. XVI. rat ortus, Joannes Leyen successerat,
A.C. 1556. ac denique in Adolphi fratris sui locum
 Antonius ex Chawenburgensium Co-
 mitum genere natus in Archiepiscopum
 Coloniensem eligebatur. Cum ergo om-
 nes hi tres recens electi Principes do-
 mi disponendis rebus suis intenti essent,
 Carolus V. haud expectato Oratorum
 fuorum reditu Philippo Filio suo, ac Sa-
 baudixæ Duci, qui Cæsarem Zelandiam
 usque comitabantur, valedixit, & die
 decima septima Septembris hora septi-
 ma ante Solis occasum Sudeburgo sol-
 vit, unacum Eleonora Franciæ, & Ma-
 ria Hungariæ Reginis ejus fororibus in
 Hispaniam navigaturus. In classe nu-
 merabantur præter prætoriam, qua ip-
 semet Cæsar vehebatur, Cantabricæ
 naves sexdecim, Belgicæ viginti, &
 quamplurima alia minora Batavorum
 navigia, quibus sese plures Britannicæ
 naves adjunxerant.

§. XLIV.

Cæsar Vallisoleti appulsus.

Ant. Vera
vie de Char-
les V. p. 300. Cum Imperator secundis ventis utere-
 tur, nullo ferme navigationis in-
 commodo in Hispaniam trajiciens Lare-
 duni in Callaicis ad portum appulit, ubi a
 supremo Castellæ Connestabili, qui ad-
 ventanti cum ingenti Procerum comi-
 tatu